

cu. m. 8. æquabitur $2\frac{1}{2}$ census m. 5. co igitur diuidendo per regulam vigesimam sextam præcedentem per 1 co. m. 2. fiet 1 census p. 1 co. p. 1. æqualis $2\frac{1}{2}$ co. p. $2\frac{1}{2}$ igitur 1. census æquabitur $1\frac{1}{2}$ co. p. $1\frac{1}{2}$ Et erit in capitulo.

Et similiter si fuerit 1. cu. p. 3. æqualis 4. census p. 2. co. habebimus, æquationem reducendo ad 1. cu. p. 1. Et fiet 4 census p. 2 co. m. 2. æquales 1. cu. p. 1 quare diuidendo per 1. co. p. 1. fiet 4. co. m. 2. æquales 1 census m. 1. census m. 1 co. p. 1. quare 1 census p. 3. æquabitur 5. co. Et erit in capitulo.

Et similiter si fuerint 4 census p. 6 co. p. 1. æqualia 1. cu. reducemus ad 1. cu. p. 1. Et remanebunt 4 census p. 6. co. p. 2 æqualia 1. cu. p. 1. Vnde diuidendo per 1. co. p. 1. fiet 4. co. p. 2. æquales ad 1. census m. 1. co. p. 1. itaque erit 1. census æqualis 5 co. p. 1. Et erit in capitulo.

Et similiter si fuerint 1. cu. p. 2 census æquales 2. co. p. 3. reducemus ad 1. cu. p. 1. & fiet 1. cu. p. 1. æqualia 2 co. p. 4. m. 2. census quare diuidendo per 1. co. p. 1. fiet 4. m. 2. co. æqualia 1. census m. 1. co. p. 1. quare 1. census p. 1. co. æquabitur 3. Et erit in capitulo.

Et similiter [eu]enient æquationes per re-

diuidendus	1. cu. p. 1.	diuidendus
diuisor	1. co. p. 1.	exiens
exiens	1 census m. 1. co. p. 1.	diuisor

diuidendus	1. cu. m. 1.	diuidendus
diuisor	1 co. m. 1.	exiens
exiens	1 census p. 1 co. p. 1.	diuisor

liqua duo diuidentia de 1. cu. p. 1. & de 1. cu. m. 1. Et ego ponam ambos diuifores vtriusque.

Et scias quod quando res æquantur cubis & numeris tunc capitulum habet duplicem semper solutionem, veluti si dico dico quod 1. cu. p. 2 æquatur 5 co. nam res potest valere 2. & cubus erit 8. & cubus plus 2. est 10. & 5. co. sunt etiam 10. & similiter diuisione factâ per 1 co m. 2. fit 1 census p. 2. co. p. 4. æqualis 5. quare res valebit 2. m. 1. & in vtroque casu verificatur quod 1. cu. p. 2. æquatur 5 co. siue ipsa res ponatur 2. siue 2. m. 1 & hoc est simile quando res æquantur censui p. nu. & ita etiam quando census æquatur censui censui p. nu. & vniuersaliter semper quando denominatio media per se æquatur extremis iunctis semper æquatio oritur duplex & res habet duplicem valorem & in vtroque verificatur & ita etiam dicemus quod quando census æquabitur cu. p. nu. valor census erit duplex

28 Si fuerint duæ quantitates quarum aggregatum per ambas diuiferis & prouenientia iunxeris & totum duxeris in productum vnus in alteram quod fiet erit æquale quadrato aggregati exemplum capio 8. & 27. iungo simul fiunt 35. diuido 35. per 8. exit $4\frac{3}{8}$ diuido 35. per 27. exit $1\frac{5}{27}$ iungo $4\frac{3}{8}$ & $1\frac{5}{27}$ fiunt $5\frac{145}{216}$ dico quod si hoc ducatur in 216. quod est productum ex 8. in 27. fiet 1225. & hoc est æquale quadrato 35. vide-

licet aggregati.

Et si fuerint 3. quantitates continuæ proportionales quadratum prouentus aggregati earum diuifi per secundam quantitatem est æquale aggregato prouentuum aggregati diuifi per singulas illarum: exemplum capio 4. 6. 9. aggregatum est 19. diuido 19. per 6. & est secunda quantitas exit $3\frac{1}{6}$ quadro $3\frac{1}{6}$ fit 10. $\frac{1}{36}$ & hoc erit æquale prouentui 19. aggregati diuifi per 4. & per 6. & per 9. diuido 19. per 4. exit $4\frac{3}{4}$ diuido 19 per 6. exit $3\frac{1}{6}$ diuido 19. per 9. exit $2\frac{1}{9}$ iungo $4\frac{3}{4}$ $3\frac{1}{6}$ $2\frac{1}{9}$ faciunt $10\frac{1}{36}$. ex hoc sequitur quod aggregatum ex prouentibus diuisionis aggregati trium quantitarum continuæ proportionalium per omnes illas est semper quadratum quia est quadratum quantitatis prouenientis ex aggregato diuifo per secundam quantitatem, sequitur secundo quod cognito aggregato & quantitate secunda proportionali cognoscam omnes partes videlicet reliquas duas & etiam aggregatum prouentuum aggregati diuifi per omnes illas partes veluti si aggregatum est 19. & quantitas secunda 6. scio quod aggregatum prouentuum erit $10\frac{1}{36}$ videlicet quadratum $3\frac{1}{6}$ qui prouenit diuifo 19. per 6. & similiter dicam quod si aggregatum sit 10. & secunda quantitas 3. quod aggregatum diuisionis 10. per omnes illas quantitates erit $11\frac{1}{9}$ quadratum videlicet $3\frac{1}{3}$.

Et si fuerint 4. quantitates continuæ proportionales & diuiferimus aggregatum per vnamquamque illarum & iungamus prouentus & totum multiplicauerimus in productum primæ in quartam aut secundæ in tertiam, fiet tale productum æquale productioni totius aggregati ex omnibus 4. quantitatibus in seipsum. Exemplum capio 8. 12. 27. quæ iunctæ faciunt 65. diuido 65. per 8. exit $8\frac{1}{8}$ & per 12. exit $5\frac{5}{12}$ & per 18. exit $3\frac{11}{18}$ & per 27. exit $2\frac{11}{27}$ iungo simul & fiunt $19\frac{121}{216}$ multiplica $19\frac{121}{216}$ per 216. quod est productum ex prima in quartam id est ex 8. in 27. vel ex secunda in tertiam duco igitur $19\frac{121}{216}$ in 216. fiunt 4225. & hoc est æquale quadrato 65. aggregati ex omnibus.

Et si fuerint quatuor quantitates continuæ proportionales productum aggregati ex prima & quarta in aggregatum ex prima & secunda erit æquale ei quod fit diuifo aggregato primæ & quartæ per secundam & per tertiam seorsum. Deinde aggregatis prouentibus & ductis in quadratum secundæ, veluti sint quantitates illæ 8. 12. 18. 27. iunge primam & quartam fiunt 35. iunge primam & secundam fiunt 20. multiplica 20. in 35. fiunt 700. dico quod tantum faciet quadratum secundæ quantitatis & est 144. in aggregatum prouentus 35. diuifi per secundam & tertiam quantitatem diuide igitur 35. aggregatum primæ & quartæ per 12. exeunt $2\frac{11}{12}$ diuide 35. per 18. exit $1\frac{17}{18}$. iunge simul fiunt $4\frac{31}{36}$ multiplica $4\frac{31}{36}$ in 144. fit 700. & eodem modo si veles ponere 27. primam quantitatem & 18. secundam & 12. tertiam & 8. quartam erit. enim prouentus diuisionis 35. aggregati ex prima & quarta per 12. & 18. tertiam & secundam quantitatem vti supra $4\frac{31}{36}$ & hic